

DOMINICA QUARTA

mons autem & collis humiliatus decrescit. Quia nimur in fide mediatoris dei & hominum, hominis Iesu Christi, & g^etilitas plenitudine gratiae accepit, & Iudaea per errorem p^{re}fidae, hoc unde tumebat, perdidit. Et erit prauia directa, & aspera in vias planas. Praua in directa sunt, cum malorum corda per iniustitiam detorta, ad iustitiam regulam dirigunt. Et aspera in vias planas mutantur, cum immites atque iracundae mentes, per infusionem supernae gratiae, ad lenitatem m^ostuetudinis redeunt. Quia enim uerbū ueritatis ab iracunda mente non recipitur, quasi asperitas itineris gressum pergentis repellit. Sed cum iracunda, p^{re}acceptam m^ostuetudinis gratiam, correptionis uel exhortationis uerbum recipit, ibi planam viam praeceptor inuenit, ubi prius pro asperitate itineris pergeret, id est, praeicationis gressum ponere non ualebat. Et videbit omnis caro salutare dei. Quia omnis caro accipit omnis homo, salutare dei, uidelicet Christum, in hac uita omnis homo uidere non potuit. Vbi ergo in hac sententia prophetae prophetiae oculū nisi ad extreum iudicii d^ec^tendit: ubi cum apertis caelis, ministrantibus angelis, consedentibus apostolis, in sede maiestatis sua Christus apparuerit, omnes hunc & electi & reprobi pariter uidebūt, ut & iusti de munere retributionis sine fine gaudeant, & iniusti in ultione supplicij in perpetuum gemant.

SOL DOMINICA QUARTA

Aduentus. Iohannis .I.

Tin illo tempore: Miserunt Iudei ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad Iohannē, ut interrogarent eū, tu quis es? Et res



Protest mouere ad inuestigandū, quare Iudei ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas mittentes ad Iohannē, tam solicite & studiose regrerēt eum, dicens, tu quis es? Sed ad hāc facilis & uera patet responsio, quia uulgata res erat apud Iudeos i frequētatione legis, ut illud Moy **Deut. 18:1** si: Prophēta suscitabit uobis deus de fratribus uestris, tanquam me, ipsum audiatis, iuxta oīaq locutus fuerit uobis. Et ex oraculis prophetarē manifestatū, qđ Ch̄rus esset mūdū uētū. & nouā doctrinā p̄dicatur: & ideo qđ audierāt Iohā n̄cē repromissionē angelicā de fene p̄re & sterili matre esse natū: audierāt in eius nativitate lingua patris solutā, uidebātq̄ iuuēnē deserta sestantē, & inauditā prius p̄nientiā in remissionē peccatorē, uel doctrinā p̄dicatorē, mirā abstinentiā conseruantē, baptis̄mū quoq; nō solū docentē, sed etiā dantē: aestimauerūt apud semetip̄sos, qđ ipse esset Ch̄rus, q̄ eis fuerat p̄missus: et ideo miserūt ab Hierosolymis sacerdotes et leuitas ad Iohannē, ut interrogaret eū, [tu qđ es?] Qđ em̄ hac suspicione p̄moti, ad eū interrogandū misserint, alius euāgelista Lucas. l. manifeste declarat, dicens: Existimāte aut̄ populo, & cogitātibus omnibus in cordibus suis de Iohāne, ne forte ipse esset Christus. **D**ixerūt ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas, ut interrogaret eū, tu quis es? Sed ueritas p̄go qđ de se dicat, audiamus. **E**t cōfessus est,

52 DOMINICA QVARTA

Eccles. 3. **¶** non negauit, et cōfessus est quia nō sum ego Christus. Si quāras qd cōfessus est, & qd nō negauit, cōfessus est qd nō erat, non negauit qd erat. Cōfessus est se nō esse Christum, sed non negauit se prae-cursorē Christi. Cōfessus est se non esse iudicē, sed nō negauit præconē se esse iudicis. Cōfessus est nō se esse spōsum, sed se nō negauit amicū sponsi. Cōfessus est non se esse uerbum, nō se negauit esse uocem. Ele git em̄ solide subsistere in se, ne humana opinione in aniter raperetur super se. Magis em̄ uoluit humilis inter mēbra Christi numerari, quām eius nomē im-merit usurpare, & ab ipso corpore Christi abscondi. Quia cū eū magnū alij putarēt, ipse paruū se aestimauit. Alijs em̄ magna de se aestimātibus, ipse de se mini ma sensit, cōseruans illud quod scriptura dicit: Quan-to magnus es, humilia te in omnibus, & corā deo in uenies gratiam. **Et interrogauerūt eum, Quid ergo? Elias es tu?** qui dicit, nō sum. **Et de per-**

Malac. 4. Malachiaꝝ, pphetaꝝ, Eliꝝ aduentum promissum habe bāt, dñō dicente: Ecce ego mittā uobis Eliā Thesbiten, qui cōuerter corda patrū in filios, & corda filiorū ad patres eorū. Sed quod desecūdo aduētu dñi prædi-ctū erat, illi de primo dictū arbitrantes, cōfitente Iohāne, quod nō esset Christus, interrogauerunt eum, dicētes: [Quid ergo? Elias es tu? qui dicit, nō sum.] Ex cuius responsione nō parua nobis quæstio oriū, si aliam euāgeliꝝ lectionē ad memoriam reducamus. **Legimus em̄ alibi, quod requisitus dñs à discipulis de aduentu Eliꝝ, respōdit: Elias iam uenit, & nō cognoverunt eum, sed fecerunt in eum quæcunq; uoluerūt.** Et si multis scire, Iohānes ipse est Elias. **Cum ergo do-**

Matt. 17.

ADVENTVS

53

minus dicat, Iohannes ipse est Elias, quod Iohannes interrogatus dicit, non sum Elias. Nihil magis dissidium uideri potest, quam esse, & non sum. Nunquid aliud ueritas sentit, & aliud p̄cursor & p̄pheta ueritatis? Nunquid aliud iudex nūciat, & aliud præco clamat: non. An simul Elias & Iohannes esse poterat? Sed utrumq; quō uerum sit, cito cognoscimur, si uerba angelī, qui bus ad Zachariā locutus est, cum Iohannē nasciturū prædicet, ad memoriā reducamus. Ait enim inter cæterā: Ipse p̄egeb̄it ante illum in spū & uirtute Elias. Ex quibus uerbis ostendit, quia Iohannes in persona Elias non erat, in spū autem Elias erat. Quia sicut Elias aduentum dñi secundum præcessurus est, qñ uenturus est iudicare mundum, sic Iohannes aduentum dñi primum præcessit, quando uenit redimere mūndum. Et sicut ille præco futurus est iudicis, ita iste præcursor factus est redemptoris. Et ideo quod dñs dicit de spiritu, hoc Iohannes denegat de persona. Et quod Iohannes de persona negat, hoc dominus de spiritu affirms. Quāuis igitur tempore fuissent diuisi, tamen spiritu fuerūt uniti. Et quia dominus spiritualibus discipulis loquebatur, quibus datum erat noscere mystrium regni dei, dignum erat ut spiritalem de Iohanne sententiā proficeret, dicens: Iohannes ipse est Elias. Iohannes uero requisitus à Iudæis, qui tantum literam, non autem spiritum, pensare nouerant, dignū fuit ut non de spiritu, sed de sua persona diceret: In non sum Elias. Deniq; si quis amborum præconum actiōne diligenter inspiciat, unum eūdemq; spiritum, in utrisq; operaū, intelligit. Elias nanc̄ in deserto fuit, similiter & Iohannes. Elias quadraginta diebus & nob̄is uerbi īeiunauit, & Iohannes in auiditam prius absti-

d iii

DOMINICA QVARTA

uentiam tenuit: quia locustas & mel sylvestre comedit. Elias zonam pelliceā habuit circa lūbos, similius & Iohannes: Elias Iordanē fluuiū pallio diuīsīt, & Iohannes in Iordanē fluuiō baptizauit: Elias persecutioē ab Achab rege & impiissima regina Izabel pāsius est, & Iohannes ab Herode ppter Herodiam capite truncatus est. Propheta es tu: et respondit: nō. Ideo aut̄ Iohannes ppteram se esse negauit, quia plusquam propheta se esse intellexit. Propheta ēm officium est uentura prædicere, non aut̄ demonstrare. Ergo Iohannes plusquam propheta fuit, quia cū quem uentura prædixit, etiam uenisse digito demonstrauit, dicens: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sed sacerdotes & leuitæ, qui ad Iohannem missi fuerāt, adhuc diligētius q̄s sit inquirunt, dicentes: Quis ergo es, ut responsum demus his qui miserunt nos: quid dicas de teipso? Sed ille qui se Christū negauerat, qui se neḡt Eliam neḡt, ppteram esse dixerat, qđ de se sentiat, aperit cum subiungit: Ego vox clamantis in deserto. Pulchre se Iohannes uocē dixit, quia uerbum præibat. In humana ēm locutione uox præcedit, & postmodum uerbum sequitur: quia non poterit uerbum formari, nisi prius uox sonuerit. Recte ergo Iohannes se uocem fateatur, quia uerbum præibat, illud s. de quo Iohannes Euangelista dicit: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deū, & deus erat uerbum. Et iterum, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ne enim dñs apparente humana cæcitas in eius claritate subito offendetur, missus est Iohannes ante dominū quasi lucerna ante solem, uox ante uerbum, præco ante iudicem, ut s. per eius prædicationē corda hominū ad

ADVENTVS.

59

videndū dēū p̄parentur, sicut p̄ Iohannē Euangelistam dictum est: Fuit homo missus à deo, cui nō men Iohannes erat. Hic uenit in testimoniū, ut testimoniū phiberet de lumine, ut oēs crederent per illū. Non erat ille lux, sed ut testimoniū perphiberet de lumine. Clamabat ergo Iohānes in deserto. i. in Iudeo rum populo. Quia em̄ desertum dī derelictum, recte deserti nomine Iudeor̄ censetur populus, q̄ derelin quens dñm, derelictus est ab eo, sicut eis alibi dñs ex probrat, dicens: Ecce relinquet uobis domus uestra deserta. In hoc ergo deserto Iohānes clamabat, cum peccantibus p̄cētētiā p̄dēcēbat, dicens: Genimina uipera, quis ostēdit uobis fugere à uentura ira? facite ergo fructus dignos p̄cētētiā. Sed adhuc qđ clamauerit, audiamus. **Dirigite viā dñi, sicut dirigit Isaias propheta.** Via em̄ dñi ad cor dirigitur, cū ad p̄cepta dei audiēda cor humiliē inclinatur. Alter, uia dñi ad cor dirigitur, cum bonū quod cor intelligit, manus operat. Sed doct̄or quilibet in exemplo Iohannis dirigit viam dñi, quando declinare à malo, & facere bonū persuaderet, ut uidelicet mūda-to aditu cordis, illū habitatorē habere possit qui dicit: Ecce ego sto ad ostium & pulso. Si quis aperuerit mihi, intrabo ad illū, & cenabo cū illo, & ille meū. Taliter igitur nobis uia domini p̄parentibus, Iesu ad cor nostrum per fidē uenire dignabitur, sicut ipse ait in euāgeliō: Si quis diligit me, sermonē meū seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum ueniēmus, & mansionem apud eū faciemus. Vnde per Psalmistam p̄dēcētorib⁹ dicitur: Iter facite ei, qui ascēdit super occasum, dominus nomen illi. Sed ga sacerdotes & leuitæ magis reprehēdi studio,

Luce. 13

Luce. 14

Apdes. 9

Johan. 14

56 DOMINICA QVARTA

q̄ descendit uoto Iohannem interrogabant, tacite Eu
angelista manifestare curauit, cum adiunxit: **E**t qui
missi fuerāt, erant ex pharisæis. Ac si dicere: illi
Iohannē de suis actibus requirebant, qui magis sole-
bant doctrinam inuidere, q̄ imitari. **E**t interroga-
uerunt eum, et dixerunt ei: Sed hi qui missi fuerāt,
quia de persona responsum acceperāt, etiam de mini-
sterio inquisitionē faciebant, dicentes: **Q**uid ergo
baptizas? sitū nō es Christus, neque Elias,
neq; prophetā? Ac si diceret: Cuius autoritatis es,
ut nouam doctrinā audeas docere, & inauditū prius
hoībus baptismū dare, cum tu nō sis Christus, neq;
Elias neq; prophetā? **E**t quia scđm apostoli Petri sen-
tentia, parati semper esse debemus, ad reddendam ra-
tionē om̄i poscenti, de ea q̄ in nobis est fide, percon-
tatus Iohannes cur baptizaret, respōdit, dicens: **E**go
baptizo in aqua. **V**bi norandū, quia in aqua se ba-
ptizare dixit, non in spiritu: quia corpora abluebat,
sed p̄tā non dimittebat. **D**e quo scriptum est: Erat
Iohannes in deserto p̄dicans baptismū p̄enitentia.
Et iterum: Iohannes baptizauit aqua, uos autē bapti-
zabimini spū sancto. **Q**uare ergo baptizabat, si p̄tā
non dimittebat? **N**unquid per hoc eius baptismū ua-
cum uidebatur? **N**ō. **N**imirū ut præcursionis sua or-
dinem seruans, qui nascitur Christum nascēdo præ-
uenerat, baptizatur, quoq; in spū baptizans in aqua
præueniret. **N**am & sacerdotes hodie in aqua bapti-
zant, quia per exterius ministeriū baptizatorū corpo-
ra in aqua intingūt, sed ille solus in spiritu baptizat,
qui per spm sanctū p̄tā dimittit. **D**e quo uoce pa-
tris ad eundem Iohannem dictum est: Super quem
uideris spm sanctū descendēte quasi columbam, &

v. petri. 3.

x. Marc. 1.

Actuū. 1.

ARTA
gabam patre. Eu-
dinem. Eu-
st. Actidens.
qui migra-
et. Et interro-
qui multum
ar, etiam de m-
es. Quia gra-
neque. Quia
us au contra-
& iniquitat-
is Christi pa-
ostoli Petri
ad reddendam
et fide, per-
d, dicens: Eu-
in aqua ho-
pora aduen-
ritum est. Eu-
ni penitentia
nos, quia nos
principia faci-
tis baptizati
curiosus faci-
m nasci de pro-
pirantur in ac-
die in aqua bat-
pizatos cap-
pirtim bapti-
De quo uoc-
it: Super que-
columba.

ADVENTVS.'

57

manentē super eū, hic est qui baptizat in spiritu sc̄tō. Etsicut uerbum prædicando præibat, ita suum bap-
tismum in quo p̄ctā non soluebātur, illius uerū bapti-
tismum præueiret, in quo peccata relaxarent. Vnde
secundum alium euangelistam, uidelicet Matthæ. Matth. 3.
um, bene respondisse Iohannes dicitur: Ego quidem
aqua baptizo uos in p̄cenitētiā. & post pusillum ad-
iecit: Ipse uos baptizabit in sp̄u sancto & igni. Ignis
eī nominē spiritus sc̄tūs designat. De quo saluator
ait: Ignem ueni mittere in terrā, & quid uolo nisi ut Luce. 12.
ardeat. Nec putandū est baptismū Iohānis parū pro-
fuisse hoībus, qui etsi peccata non dimittebat, om̄es
tamē qui ab illo baptizabantur, sub peccati uinculo
cōstric̄tos esse sentiebat. Et ideo redēptorem nostrū
& mundatorē, mox ubi apparuisset, qui p̄ctā dimit-
tere posset, querere necesse habebant. De quo uoce
præcursoris sui adhuc subditur: **D**ediuſ aut̄ ve-
ſtrum stetit, quē vos nō scitis. Medium autem
hic dīm Iesum Christum dicit, qui dum sit excelsus
super omnia, ex Iudeis carnem assumens, inter hoīes
conuersari dignatus est, sicut ipse ait discipulis: Ego
autē in medio uestrum sum, sicut qui ministrat. Quē
medium sterisse, nō autem cognitum esse dicit: quia
per humanitatē hominibus uel Iudeis uisibilis appa-
ruit, sed plurimis per diuinitatem incognitus māsit.
Vnde Iohannes Euangelista dicit: In propria uenit, &
sui eū non receperūt. De quo adhuc subditur: **I**pse
est qui post me venturus est, qui ante me factus
est, quod est dicere, post me uenturus est, quia
post me natus est: post me prædicare incipiet, sed ante
me factus est. i. mihi dignitate prælatus. i. antepo-
sus. **Q**uod aut̄ ait, ante me factus est, ad excellentiā

d v

53 DOMINICA QVARTA

dignitatis pertinet, cuius plationis causas idē Iohannes alibi aperit, dicens: quia prior me erat. **A**csī diceret. **I**nde me post natus superar, quia natuitatis suę tēpore eum non coangustāt. **Q**m̄ qui post me natus est de matre sine patre, ante oēm creaturā, sine ullo initio, genitus est ex patre sine matre. **D**e q̄ alibi ipse Iohannes ait: Me oporteret minui, illū autē crescere. In cuius cōparationis magnitudine, quā se paruū credat, manifestat, adjungēs: Cuius nō sum dignus ut sol
yam eius corrigiā calceamenti. Vbi cōsiderandum est, quā cum magna sit Iohānis sanctitas, nō minor eius declaratur humilitas. Cum em̄ tantę sanctitatis esset, ut à turbis Christus esse putaret, tantę humilitatis fuit, ut ad soluendā eius corrigiā calceamenti indignum se judicaret. Si spiritalē sensum sequamur, est in corrigiā calceamenti, ligatura mysterij. Calceamentū quippe ex mortuo fit animati. **Q**uia em̄ calceamentū peces munire solet, recte per calceamentū dñi, eius humanitatis incarnationis designatur. **Q**m̄ cū inuisibilis deus in hōfe, quem assump̄s̄it, nobis uisibiliis apparuit, q̄si calceata diuinitas ad nos uenit, sicut
Psalms 59, ipse per Psalmistā dicit: In Idumæam extendā calceamentū meū. Idumæa aut̄, quā sanguinea interprætatur, significat gētilem populū, qui uarijs facinoribus pētōrum erat sanguinolentus. Quasi em̄ dñs in Idumæa calceamentum extendit, q̄ si per incarnationis suę mysterium gentibus se manifestauit. Sed eius corrigiam calceamenti Iohānes soluere non p̄sumpsit, quia incarnationis eius secretū, qualiter obumbrare spiritu sancto uirgo conceperit, nec ipse perscrutari p̄sumpsit, qui eum in carne ueniētem etiam dīgō dēmonstrauit. **A**lta em̄ et inscrutabilia sunt sacramēta

ADVENTVS.

59

diuinatis, necea mortaliū quis q̄ discutere potest,
sicut per prophetam dicitur: Generationē illius quis Isaie. 53
enarrabitur. Huius inscrutabilem profunditatē confide
rabat Paulus apostolus, cū dicebat: O altitudo diuiti
arum sapientiae & scientiae dei, q̄ incomprehensibi
lia sunt iudicia eius, & quām inuestigabiles uia eis.
Quis em cognouit sensum dñi aut q̄s consiliarius ei⁹
fuit? Et Psalmista: Quām magnifica tua sunt opera tua
dñe! Est quoq; & in corrīgia calceamenti aliud, quod
considerari subtiliter potest. Consuetudo enim fuit
apud ueteres, ut si quis uxorem fratris defuncti acci
pere nollet, ille eius corrigiam calceamenti solueret,
q; ad hanc pīnquitatis iure sponsus accederet, & ob
hauc causam illius domus, dīcalceati domus appella
ret in Israel, sicut exēplo Ruth Moabitidis discimus.
Christus autē inter homines sanctae ecclesiae sponsus
apparuit, sicut per Psalmā dicitur: Tanquā sponsus
procedens de thalamo suo. Et idē Iohannes: Qui ha
bet sponsam, sponsus est. Amicus uero sponsi, q; stat
& audit eum, gaudio gaudet propter uocem sponsi.
Vnde & ipse dñs ait in euangelio: Nunquid possunt
filii sponsi ieunare, quām diu cum illis est spōsus? Cū
autē mira sanctitatis Iohānem homines cernerent,
cum hunc Christum putarent, quasi sanctae ecclesiae
spōsum credere uolebant, sicut de eo dñs ait: Vos ue
nis ad Iohannem, & uoluitis exultare in nomine
eius. Sed Iohānes ad corrīgā calceamenti soluendā
indignum se dicit, q; cum se Christum, quod putaba
tur, esse negauit, sponsi nomē immeritus non usurpa
uit, ac p; hoc se esse spōsum sanctę ecclesię, negauit. Ac
si diceret: Nō sum ego spōsus, sed amicus spōlii. Hac
in Bethania facta sunt trans Jordanē, ubi

IN VIGILIIS

Erat Iohannes baptizans. Bethania duas esse legimus: est namque Bethania in latere moris Oliveri, ubi dominus Lazarum suscitauit, ipsa est & Bethpha ge. Est & alia Bethania trans Iordanem, ubi erat Iohannes baptizans, & ubi hac facta fuisse referuntur. De qua idem Iohannes Euangelista commemorat, dicens: Erat Iohannes baptizans in Aenon iuxta Salim, eo quod essent ibi aquae multae. Spiritualiter autem Bethania in nostra lingua domus obedientiae interpretata. Pulchre ergo praecursor domini in Bethania (quae domus obedientiae interpretatur) baptizare dicitur, uti intelligat homines, quia si à peccato originali, quod per inobedientiam primi hominis contingit, absolu*i* desiderat, submissio corpore, & credulo corde, baptismi sacramentum suscipere debet. Qum sicut ait saluator alibi: Nisi qus renatus fuerit ex aqua & spuer sancto, no potest introire in regnu dei. Iordanis autem, descendens eorum interpretatur, quorū nisi baptizatorū quasi enim in Iordanē baptizantur homines, quia antequam ad baptismū ueniant, filii irae & filii diaboli sunt. Sed cū in baptismū descendunt, descendētibus peccatis, filii pacis & filii dei per adoptionem ascendunt.

IN VIGILIIS NATI-

uitatis domini. Matthæi I.

In illo tempore: Cum esset desponsata mater Iesu Maria Joseph, antequam conuentent, inuenta est in utero habens de spiritu sancto. Et reliqua.

Cum nativitatē domini & saluatoris nostri Iesu Christi, qua æternus ante secula dei filius, ho-